



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacramentum Ordinis**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

§. II. De defectu animæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42240**

oculo ca-  
nonico;  
modo  
dexter  
sufficiens  
fit ad legē.  
dum de  
center Ca-  
nonem.

dicto, quod in lectione canonis  
Missæ ipse potissimum adhi-  
beatur, aut qui eo nihil videt,  
dummodo oculus sit integer,  
& non erutus cum magna de-  
formitate, & dexter oculus  
sufficiat ad decenter legendū  
canonem. Dixi mutilatio, quæ  
facta est sine propria culpa,  
quia seipsum illicitè mutilans  
fit irregularis, tamen si mutilet  
membrum occultissimum, &  
quod non impediat Ministe-  
rium sacrum. cap. qui partem,  
in 6. dist. 55. & quidem proba-  
bilis est non requiri notorei-  
tatem facti ut censet Fernan.  
quamvis contrarium proba-  
bile dicat Tann. in 8. part. disp.  
6. q. 10. dub. 10.

## § II.

*De defectu anime.*

Ex defectu  
anime sunt  
irregulares  
amentes.  
epileptici.  
Pagani, Ju-  
dæi, publicè  
Hæretici,  
&c.

**S**ecundus est defectus ani-  
mæ, qualis est in amenti-  
bus, epilepticis, id est, morbo  
caduco laborantibus, energu-  
menis sive à Dæmone obsessis,  
&c. in quibus ob infirmitatem  
quam

quam patiuntur, vel omnino vel certè ad tempus deficit perfectus rationis ac libertatis usus: præterquam quod hæc mala notabilem post se trahât deformitatem. Similiter ex defectu animæ erunt irregulares Pagani, Judæi, publicè Hæretici, quia in eorum mentibus deficit vera fides. Dixi publicè Hæretici, nam si quis esset occultè Hæreticus, ac dein legitimè absolutus, non foret irregularis, quia in tali præter defectum fidei simul cessaret offensio & infamia ex Hæresi oriri solita. Laym. l. c. Tann.

tom 4. disp. 6 q. 10 num. 200.

Qui ex jam dicta ratione cum aliis Auth. censent, filium hæretici parentis ad fidem Catholicam conversum non esse irregularem in iis locis, in quibus hæresis non parit infamiã, sicuti non parit in Germania. Item ex defectu animæ erunt irregulares illiterati, in quibus deficit scientia ad Ordines requisita: sicut etiam neophyti

Filius hæretici parentis ad fidem Catholicã conversus isthic, ubi hæresis non parit infamiã, non est irregularis.

feti

seu recenter conversi ob dictum necessariz scientiaz defectum, qui in illis communiter esse solet, tandem habentur irregulares; donec iudicio Episcopi sufficienter fuerint instructi. V. *Toll. l. 1 c. 64 & alios.*

## § III.

*De defectu natalium.*

Ex defectu  
natalium  
omnes ille  
gitimè nati  
sunt irregu-  
lares.

Filii in pla-  
teis aut alio  
loco publi-  
co expositi  
habendi  
sunt pro  
legitimis

In dubio  
defectus  
natalium  
non præ-  
sumitur,  
sed probari  
debet.

**T**ertius est defectus natalium, ex quo habentur irregulares omnes illegitimi, id est, qui non ex legitimo matrimonio, sed fornicatione, adulterio, aut alio quovis illicito cōcubitu sunt geniti, quia tales ratione originis habentur viles & contemptibiles. Filii expositi habendi sunt pro legitimis, quia tales in nullo iure illegitimi declarantur; & interdum parentes filios legitimos ob paupertatem exponunt. *Turrian. de Cens. l. 9 disp. 71 dub 1. Dian. & alii.* In dubio utrum aliquis sit illegitimus, habendus est pro legitimo, quia in dubio non præsumitur

tur